pdeſtinatoꝝ ſimul cū eis ad eter
na btitudis gaudia puēiret? Nō
ne)tu(de⁹)pduces nos ad regnū
tuū(q)tn̄ ſiē vr̄(repuliſti nos)p
mittēdo nos tribulari(ꝛ nō egre
dieris de⁹ in vtutib⁹ nr̄is)ↄ eos q
dicūt nobis vbi eſt de⁹ eoꝝ ſic oli
feciſti pr̄ib⁹ q̄b⁹ dn̄diſti potētiam
tuā q̄b⁹ te auxiliāte gētes ceſſerūt
ꝛ magna ſtrage fcā:terrā pmiſſio
nis obtinuerunt. Et qꝛ deduces.
Auxiliare ergo tu nobis de⁹)tu
de tribulationibus nos eripe:tuo
nos medicamie ſana(qꝛ vana ſa
lus hois)ſalutē pſtare in hoie nō
pōt idignus auxilijs:iōq̄ ſpare in
hoie nō dꝫ q̄ ppriis virib⁹ pbaꝶ
infirmus. Et qꝛ vana ſalus hois
pplꝰs fideliū dicit. In deo facie
mus vtutē)nō eni cū diabolo aut
vitijs gladio certādum eſt:ſꝫ illis
vtutib⁹ q̄b⁹ xp̄s ipē pugnauit:vt
ſupbiā hūilitate vicam⁹:diuitias
mūdi paupertate ſupemus(ꝛ ipē)
cui nullus reſiſtere pōt p nobis
pugnās(deducet ī nihilū) inimi
cos noſtros delēdo de libro vite
vbi ſibi ſcripti videbantur elati.
¶ Argumentum.
¶ Pſalmus.lx.in quo monet
ad laudem dei.
¶ Introductio.
¶ Vox eccleſie petentis vt eius
exaudiatur oratio dicit.

Exaudi dn̄e depre
cationē meā)ſup remo
tiōe maloꝝ(intēde orōni
mee)ſup īpetratione eterne vite.
Intēde dico:qꝛ Clamaui ad te)
ab vniuerſo orbe terraꝝ ꝛ hoc in
anxietate cordis mei vt a te ↄſoleꝛ
vcꝫ ꝛ ſi q̄diu ſuꝫ in hac pegrina
tiōe anxieꝶ cor meū tētationibus:
nō tn̄ p tua clemētia vincor qꝛ in
xp̄o quieſt(petra)firma(exaltaſti
me)in q̄ ois edificat⁹ eſt xp̄ian⁹.
Nō ſolū exaltaſti ſꝫ exaltatū ꝛ in
fide firmatū. Deduxiſti)p te viā
ad te vitatē ꝛ vitā ꝛ hoc(qꝛ fact⁹
es ſpes mea)ī oi anguſtia mea(ꝛ
turris).i.defenſio(fortiſſima) ꝛ
inexpugnabile pſidiū(a facie dia
boli)ꝛ ſocioꝝ ei⁹ q̄ famlos ſuos
inuicta ptectiōe cuſtodit. Tu es
ſpes mea turris fortitudinis(ꝛ lō
tutiſſim⁹. Inhabitabo in taber
naculo tuo)qꝛ in eo ↄ hui⁹ mūdi
picula(alaꝝ tuaꝝ).i.miē ꝛ potē
tie tue q̄ alijs cōparanꝶ(munimi
ne ptegar)nō ad breue tpus ſeđ

quouſqȝ ſecula vite iſtius diuina
adminiſtratiõe pagant. Jdõ dico ſir
miter ꝑtegar in velamẽto alarū
tuaꝝ. Quõ)ſcio ꝙ(tu de⁹ exaudi
ſti oꝛonem meã)ꝛ vere exaudiſti
qꝛ(dediſti)ꝛ dabis futuri ſcli re
gnū in(hereditatẽ)ꝑpetuã(timẽ
tibus nomẽ tuū)ſine diſtinctione
pſonaꝝ hẽditatẽ dico q̃ nõ moꝛ
te relinqitur:ſꝫ q̃ cū largitoꝛe ſuo
ꝑpetuo munere poſſidet̃ q̃ ſic vẽ
nit ad filios vt a te ſtatoꝛe minime
deſerat̃ hec hereditas nõ hꝫ finẽ:
ſꝫ cū ſemel ſuſcepta fuerit nunq̃
a nobis ꝑmutatiõe diſcedit vñ ſe
quit̃. ¶ Propheta de eternitate
hereditatis xp̄i ꝛ ꝑ p̄ñs iuſtoꝝ co
heredū ei⁹ ait. O de⁹ pr̃. Super
dies)xp̄ales(regis nr̄i xp̄i)qbus
in p̄ñti eccl̃ia regnat dabis(dies)
eternos vt nõ ſolū his dieb⁹ trã
ſeūtib⁹ regnet in eccl̃ia ſua ſꝫ etiã
regnẽt cū illo ſci in eternū:ꝛ idẽ
repetẽs ſub aliis vbis ingt(adij
cies ſup ãnos)qb⁹ in p̄ñti nobiſ
cū eſt ãnos eternos q ꝑmanẽt in
gñationẽ ꝛ gñationẽ vñ ſeqtur.
Permanet in eternū)ꝑpl's fide
lis(in ꝯſpectu dei)dei p̄ñtia ſemp
fruẽs vbi tãta erit oīuꝫ bonoꝝ co
pia ꝙ nulla erit ibi miſia nllꝰ uſqȝ
ibi miſer:nullus ibi q̃ret(m'ſam)
ꝛ qꝛ nõ deerit aliqđ de ꝓmiſſis nõ
ſolutū:ꝛ oẽs facie ad faciẽ vide
būt deū nullus ẽt(reqret v̄itatẽ)
Sic pſalmū dicam)ſicut opabor
ad honoꝛẽ tuū nõ breui tpe:ſꝫ q̄
diu durabit mihi hoc(ſcꝫ)vt lau
des a me tibi ꝓmiſſas(ꝛ vota)bo
noꝝ operū meoꝝ reddã aſſidue
cõtinuãdo(de die)p̄ñtis vite vſqȝ
(i diẽ)eternitatis:vt ꝛ hic vota nr̄a
reddam⁹ ꝛ ibi laudes dño ꝑpe
tua hilaritate cãtemus eternas:ei
grãs indeficientis exſoluentes.

¶ Argumentum.

¶ Pſalmus.lxj. in quo mone
mur vt ſpꝛetis rebus caducis
eterna ſpꝛemus.

¶ Introductio.

¶ Propheta in pſona cuiuſlibet
viri iuſti q ſcti vitia relinq̃re ſoli
deo ſe ſubditū eẽ ꝯmẽoꝛat dicẽs:
ꝯ inuidos ꝛ carnales volẽtes eum
decipe ꝛ ad ſimilẽ eoꝝ vitã attra
here:quid me tẽtatis inimici?qd
eſt quod me ſubuertere nitimini
cur aīam meam perdere vultis?

Onne deo ſubie
n cta erit aīa mea)agendo
ſtrenue q̃ ad ei⁹ honoꝛẽ
cognouero ꝑtinere:in ipſo dele
ctari:in ipſo refici ꝛ ꝑter eū nihil
aliud ꝯcupiſcere ꝛ hoc merito:
qm̄(ab ipſo)eſt ſalus mea. Ceri
to ſubiecta do dꝫ eẽ aīa mea. Nã
ipſe eſt de⁹ me⁹)q creauit me cuꝫ
nõ eẽm (ꝛ ſalutaris me⁹) ſalutis
mee q̃ in adã pierat ꝑ paſſionem
ſuã reſtituit̃ ẽt(ſuſceptoꝛ meus)
ſub ſua ꝓtectione in laboꝛib⁹ ſcli:
ideoqȝ tali adiutoꝛio munit⁹(nõ
mouebor ampli⁹)vt pri⁹ fui car
nis īfirmitate ꝑgrauat⁹. ¶ Vox
eccl̃ie ſiue iuſti gñalis ad ꝑſecu
toꝛes chꝛiſtianoꝛuꝫ:o vos ſtulti.
Quouſqȝ (irruitis)ſup hoīes ino
cẽtes nõ vos reuocat timoꝛ diui
nus ꝑducẽtes vſqȝ ad moꝛtẽ q̃s
deo deditos eſſe ſentitis q vobis

conſentire nolūt ⁊ incūbitis eis
(tanq̄ parieti iclinato)ad ruinaʒ
(⁊ macerie depulſe)putantes q̄
xp̄ian⁹ pplus ſit ſine defenſore ⁊
q̄ facile ruat. vos inania medita/
mini:q: cū de⁹ ſit ſuſceptor me⁹
(nō mouebor amplius) ¶ Uox
eccleſie ꝯ iudeos ⁊ fictos xp̄ianos
a qbus etiā patit̄ ſicuti paganis
que dicit. Uerūtñ)iudei ⁊ ficti
xp̄iani (cogitauerūt repellere)a
me(preciū meum)ſiue honorem
meū.i.xp̄m q preciū ⁊ honor ⁊
glīa mea eſt ne puro corde ab ho
minib⁹ coleret̄ illi ita:ſʒ ego ſem/
per(cucurri)p militiā ⁊ viā ppo/
ſitā iflexibilis(in ſiti) ſalutis coꝝ
cupiens coꝝ fide ſaturari:ſʒ ipſi
(ore ſuo bñdicebāt)vt adulatio/
nis me verbis deciperēt(⁊ corde
ſuo maledicebāt)mala in me ma
chināte. Ipſi me p tribulatiōes
⁊ dolos impugnāt. Uerūtñ aīa
mea ſubiecta eſto) deo ⁊ debes
(qm̄)nō a me ſʒ(ab eo)eſt(patiē/
tia mea)ipſe enim patientē ⁊ for/
tem in pſecutiōib⁹ meis me fecit.
Iteꝝ merito ſubiecta eſſe debes
aīa mea. Quia ipſe eſt de⁹ me⁹)
qui vocat me (⁊ ſalutaris meus)
qui redemit per hūanitatē aſſū/
ptā ⁊(adiutor me⁹)ad bñ operā/
dū:⁊ ideo(nō emigrabo)ab eius
fide nō ſeparabor ⁊ hoc ē q: In
deo ſalutare meum)ſalus mea(⁊
gloria mea)hic ⁊ in futuro:⁊ ip̄e
eſt meū auxiliū in oī infirmitate
mea(⁊ ſpes mea in deo eſt) nō in
reb⁹ ſclī. Cū ergo de⁹ nr̄ talis ſit.
Sperate in eo oīs ꝯgregatio po/
puli)⁊ vt poſſitis ſecure ſpare(ef/
fūdite)euacuate ab oī ſorde(cō/
da vr̄a)pctā vr̄a vberrimis lachry/
mis ꝯfitendo corā illo ſpate dico
q:(de⁹ adiutor nr̄ eternum) Ego
manui ſpare in dño. Uerūtñ fi/
lij hoīum)adē ⁊ eue hoc nō attē/
dūt ſʒ(ſūt vani)terrena appeten/
tes vt auari(mēdaces in ſtateris)
vt cupidi q falſis pōderib⁹ ſtudēt
alios decipere:vel vt heretici q in
exponēdis diuinis ſcripturis ſūt
mēdaces:vt ſimplices in aliqueʒ
iuoluāt errorē:ſtudia aūt hoꝝ in
hoc ꝯueniūt q̄ de vanitate ad va
nitatē tēdūt alios (in idip̄m)vani
tatis ducētes vt ſocios ſibi cōſti/
tuant. ¶ Uox eccleſie: o vos filii.
Nolite ſpare i iniq̄tate)i malitia:
q: idē nulla vtilitas naſcit̄ ſʒ po/
tius eterna dānatio pcurat̄. ¶ Et
ad pauperes ait(⁊ rapinas nolite
ꝯcupiſcere) auferēdo aliena per
violētiā:nō.n. pōt crimē rapine
indigētiā tollere. ¶ Et ad diui/
tes ait (diuitie ſi affluāt nolite cor
apponere)vt eos ſūmū bonū pu
teris:vt ille q hʒ nō ambiat:⁊ ille
q hʒ nō ſupbiat. Nolite hec ma/
la facere:q: D e⁹ ſemel).i.imp/
mutabilr̄(locut⁹ eſt)⁊ eo loquēte
(duo hec audiui)q̄ oēs ſcripture
diuine ꝯtinent.ſ.q̄(ptās dei eſt)
ad puniēdū malos(⁊ miſericor/
dia)ad remunerandū bonos(q:
tu reddes vnicuiq; iuxta opa ſua)
¶ Argumentum.
¶ Pſalo.lxij.i q̄ mōet recte cō/
uerſari i medio natiōis praue.
¶ Introductio.

¶ Eccleſia

¶ Eccleſia neceſſitatibus huius vite eſtuans clamat.

Eus deus meus ad te vigilo)te ſolū deſiderās ꝛ laudare cupiēs ꝛ hoc excitāte me luce tue grē. Jō vigilo: qꝛ Sitiuit) venire (ad te aīa mea)fontē viuū in q̄ plenā inuenirē refectionē:ꝛ ingeta eſt do nec queſcat in te:ſitiuit hoc idē ad laudē tuā ꝛ hoc(quā multiplr caro mea)qꝛ multis ꝛ ampliorib⁹ cauſis ꝙ aīa:ſubiacet.n.ampliorib⁹ miſerijs.ſ.ſiti fami frigori ꝛ huiuſmodi. Sitiuit in te merito aīa mea qꝛ pns ſcīm eſt. Terra)deſerta ꝗtū ad ſe oī bono(ꝛ inuia) qꝛ nullā hꝫ viā ꝑ quā ad te veniat (ꝛ inaquoſa).i.ſterilis ꝛ infructuoſa:ꝛ ſic i hac ſiti degēs i mādatis tuis vigilando(appgui tibi)ꝑ ſcīm ꝯſideriū meū vt tua luce illuſtrat⁹(viderē)xp̄ꝫ(virtutē ꝛ gl̄iā tuā) ꝛ qꝛ apparui tibi obſequēdo te videre merui. Ideo hec oīa ago. Qm̄ melior eſt mīa ſup vitas) nā vita nature ꝛ vita gratie ꝛ vita gl̄ie pendēt ex mīa dei(labia mea laudabūt te)pro bñficijs mihi ex tua mia exhibitis. Et qꝛ mia tua eſt ſup vitas Bñdicā te i tota vita mea)bn̄ viuēdo:mie tue tribuēdo totā vitam meā ad honorē ꝛ gloriā noīs tui bona opabor(leuabo man⁹ meas)i orōne:ꝛ hec petā vtinā Aīa mea repleat)ſapia q̄ adeps eſt aīe ſine q̄ aīa macreſcit:ꝛ ita exilis efficit vt i bōis opib⁹ cito deficiat:non.n.placet macra aīa deo ſicut nec caro macra dicebat placere deo i ſacrificio:ꝛ aīa repleatur pia alacritate ſpūs ſci q̄ q̄ſi pinguedo aīe eſt(ꝛ labijs exultatiōis).i.voce exultāte(laudabit os meū) nomen ſcīm tuū grās referendo de tuis bñficijs. Laudabit te os meū ꝛi ſtratu ꝛ in mane ꝛ hoc eſt. Sic memor fui tui ſup ſtratū meū).ſ.in gete ꝓſperitatis qn̄ ſolent hūana corda collata bñficia in memoria vix erūt hēre tunc(in matutinis) q̄ꝗ i bonis actib⁹ (meditabor in te)qꝛ(fuiſti adiutor me⁹) niſi.n. te iuuāte bōa a nob ipleri nō pñt. Et qꝛ fuiſti adiutor me⁹ i ꝑiculis. In refrigerio qđ mihi facient ale tue exultabo iđ(exultabo)qꝛ aīa mea feruēti dilectōe(adheſit poſt te)vt te imitef:ꝛ qꝛ ſic adheſit(ſuſcepit me)fili⁹ tu⁹ xp̄s q ē(dextera tua alaꝝ ſuaꝝ) velamine ꝓtegendaꝫ(Qꝛ ſuſcepit me)dextera tua Xp̄i)ꝑſecutores(in vanuꝫ q̄ſierūt aīaꝫ meā)fruſtrati itētiōe ſua q ꝯtradictiōib⁹ celeſtib⁹ me extinguere tētauerūt(introibūt in inferiora)īferni tradenf in ꝑtāte hoſtiū ſuoꝝ ꝛ cū malignis ſpiritib⁹ q ſimulata verſutia veluti vulpes hoib⁹ inſidiant erūt ſortes eorū. Rex vo)xp̄s(letabit i deo)pře ꝛ nos in ipſo poſt reſurrectionē ꝛ digni laude habebunt(q iurāt in eo).i.q ei mētis inuiolabile obſequiū ꝓmittunt ꝛ ꝑſoluunt(qꝛ os loq̄ntiū)ꝫ eos in hac vita iniqua (obſtructum)erit in iudicio quādo eternaliter conuictas omnis iniquitas obmuteſcet.

¶ Argumentum.
¶ Pſal's.lxiij.in quo docemur
in paſſionibus ſperare in dño.
¶ Introductio.
¶ Vox xp̄i ex pſona hūanitatis

e Xaudi de⁹ oꝛonez
meā)q: te totis virib⁹(p̄
coꝛ a timoꝛe inimici)ppl'i
iudaici(eripe aīaʒ meā)non p̄cat
vt eripiat a moꝛte quā libēs p ſa
lute oīuʒ venerat ſubire ſʒ a timo
re ppl'i pſequētis me.ſ.pp timoꝛē
cederet inimicis. Protegeſ me
a ɔuētu)ꝛ ɔſilio(malignātiū)ma
la de me cogitātiū.ſ.p̄ncipū ſa
cerdotū ꝛ ſenioꝝ ppl'i cū me ſa
cies reſurgere:tūc.n.q me crede
bant cōiter moꝛi reſurrectionis
mee glīa pbabunt eē ɔfuſi ꝛ pte
ges me(a multitudie opantium
iniqtatē)actu vt me occiderent.
Quia exacuerūt vt gladiū liguas
ſuas)accuſando xp̄m ꝛ iclamā
do moꝛtē ei⁹ intēderūt arcū pa
rauerūt dolos parauerūt īſidias
occultas:pſidum qdē iudā datis
triginta argēteis ſollicitauerūt vt
eēt traditoꝛ q ei⁹ videbat diſcipu
lus. O res amara ꝛ oī felle dete
rioꝛ ɔuināā ad pditionē diſcipu
lū ad necē ɔſecutoꝛē pecunie p̄
mio ſubito fuiſſe coꝛruptū. Tetē
derunt)qdē(arcū)malicie ſue(vt
ſagittēt in occultis).ſ.occulte p̄ʒ
ſtultā opinionē coꝝ(imaculatuʒ)
ſcilicet xp̄m q nullā ɔxit maculā
pctōꝝ ſʒ celeſti puritate mūdiſſi
mus ab oī delicto pbat alienus.
Subito ſagittabūt eū).ſ.quātuʒ
ad ſe:ſubito eni ſe putabāt iudei
cū occidere poſſe ſʒ tñ potius eius
glīa dilatata eſt(nō timebūt)tātū
ſcelus in deū ſuū ꝛ regē perpetra
re: O coꝛ durū velle occidere ho
minē q moꝛtuos ſuſcitabat ꝛ idē
nō timere:ſō nō timuerūt q: obſti
natiōe duriſſima nō ꝟitatis muni
mine ſolidata (firmauerūt) apō
ſe(ſmonē nequā)qñ dixerūt re⁹
eſt moꝛtis. Poſtꝙ firmauerunt
iudei apud ſe de occidēdo xp̄m.
Narrauerūt)iter ſe ɔſilia capien
tes(vt abſcōderēt laq̄os)qb⁹ xp̄ʒ
cape poſſent dicētes (qs videbit
eos?).ſ.laqueos q̄ſi diceret nec
ipſe nec ei⁹ amici ſic iudei ſcelera
ta mēte ɔfuſi xp̄m:tm̄mō hoīem
putātes malignitatē ſuā nō crede
bāt agnoſci ab eo cui⁹ cūcta cele
ſtia ꝛ terrena veracius patēt ꝙ ip
ſa ſibi ſint cognita. Scrutati ſūt)
multo ſtudio igrētes(iniqtates)
ſi foꝛte in xp̄o reperirēt aliq̄s vt
inuenirēt qua ex cā accuſarēt eū:
ſʒ ipſi (ſcrutātes)ñ ſemel ſʒ(ſcru
tino).i.aſſidua inquiſitiōe(de
fecerūt)q: in eo inuenire nō potue
rūt aliqd rep̄hēſiōe dignuʒ qui
pctm̄ nō fecit nec iuent⁹ eſt dolus
in oꝛe ei⁹. Illi defecerūt:ſʒ Aſcē
det)ſpōte(hō)xp̄s(ad) exequen
dū(coꝛaltū).i.diſpoſitionē diui
ni ɔſilij in patiēdo p ſalute hūa
ni gn̄is(ꝛ exaltabit de⁹)in reſur
rectiōe occidit vt hō:in paſſiōe ꝛ
exaltat vt de⁹ in reſurrectiōe. De
fecerūt ꝛ iudei ab itentiōe ſua:q:
Plage coꝝ facte ſunt ſagitte par
uuloꝝ)quia nihil nocuerūt ſicut
cāne qb⁹ puuloꝝ ludūt que nihil
nocent:

nocēt:reſurgēte enim xp̄o furoꝛ
coꝝ euanuit:qꝛ qđ voluerūt nō i-
pleuerūt ⁊(lingue coꝝ) q dixerūt
cuſtodib⁹ dicite:qꝛ vobis doꝛmiē
tib⁹ venerūt diſcipuli ⁊ furati ſūt
eū(īfirmate ſūt) ad coꝝ v̄ecūdiā;
ſi.n.doꝛmiebāt quō videre po-
tuerūt;ſi v̄o nihil viderūt quō te-
ſtes fuerūt ꝯ ſe:ergo mētiētes lo
cuti ſunt. Cū inotuiſſet xp̄i reſur
rectio:⁊ q̄ in noīe crucifixi fierēt
miracula. (Cōturbati ſunt)ad ſa-
lutē oēs.i.aliq̄ de oī gēte(q vide-
bant)iudeos defeciſſe:⁊ itellige-
bant ad redēptionē ſuā ſanguinē
xp̄i fuſum(⁊ oīs hō) ſic ꝯturbat⁹
(timuit) penaꝫ p̄ pctīs. Illi tales
ad xp̄i fidē ꝯuolātes. (Annūcia-
uerūt opa)miraculoſa icarnatio-
nis myſteria:gloꝛiā reſurrectiōis
⁊ hmōi(⁊ fcā ei⁹ itellexerūt) eē di
uina:qꝛ talia iplere nō poterat fra
gilitas hūana. Viſo q̄ reſurrexit
xp̄s ⁊ aſcēdit in celum. (Letabit
iuſtus)non in ſe:ſed (in domino
⁊ ſperabit in domino)⁊ in futuro
qn̄ puerſi dānabuntur (oēs recti
coꝛde)q̄les ſūt oēs q p rectas ſe-
mitas dn̄i gradiunť (laudabunť)
reddenť laudabiles:qꝛ ⁊ dn̄ꝫ lau
dāt:⁊ ab ip̄a v̄itate laudāť:qd.n.
laudabili⁹ ē̄ ab ip̄o iudice i ꝯſpe
ctu oīuꝫ āgeloꝝ glioſe ꝯ̄ſiderāť
audire vēite bn̄dicti p̄ris mei ⁊c̄.

Argumentum.

Pſal'ſ.lxiiij.in quo pph̄a vł
ꝯſolari fideles ī hoc exilio p ſpeꝫ
redeūdi in ſupnam hieruſalem.

Introductio.

Prophā ī pſona iuſtoꝝ pegri
nātium in hoc mūdo.(Te decus)

TE) creatoꝛē:te re
demptoꝛem:te ducē:te cu-
ſtodeꝫ(decet hymnus)vt
te laudēt q vel ſpe vel re ſunt(in
ſyon).i.celeſti btitudine vbi (red
deť)totū(votū) nr̄m nō ſolū aīa:
ſꝫ ēt caro iā p reſurrectionē icoꝛ-
ruptibilis fctā:p vtroq̄ tibi red-
dem⁹ laudes.Et qꝛ ibi reddēduꝫ
eſt(tibi)votū ergo o dn̄e. (Exau-
di oꝛonē meā)vt poſſiꝫ ad te ſine
macula puenire:ſcio q̄ an̄ tribu-
nal tuū oēs hoīes ꝯpebūt reddi-
turi rōnē coꝝ q̄ geſſerūt in coꝛpe
moꝛtali viuētes. Necē eſt dn̄e q̄
exaudias:qꝛ (Verba iniq̄ꝝ)p̄ꝛuꝫ
nr̄oꝝ in iniq̄tate gētilitatis viuen
tiū q docuerūt colere idola:⁊ rit⁹
⁊ moꝛes ſuos(p̄ualueꝛt ſup nos)
dn̄ati ſunt nob̄:qꝛ nos nati in ter-
ra coꝝ ſecuti ſum⁹ moꝛes ⁊ ritus
gentiliū qb⁹ p etate ⁊ auc̄te obe-
diendū erat:ſꝫ tu q pius es(iniq̄-
tatib⁹ nr̄is ppitiaberis)temetip̄m
hoſtiā offerēdo pꝛo nobis. Dico
pꝛopitiaberis:⁊ ille (Beatus) erit
(quē)tu(elegiſti) p grām a maſſa
pditoꝝ ſepando (⁊ aſſūpſiſti) in
p̄rīam celeſteꝫ talis (habitabit)in
celeſti hieruſalē:quam dicit atria
p̄pter amplitudineꝫ. Vere beati
tales q inhabitabūt in atriis tuis:
qꝛ (Replebunť).i.ſatiabuntur(in
bonis)⁊ gaudiis(dom⁹ tue)p̄rie
celeſtis cuius gaudia aliq̄d dum
nulla mens hūana pſcrutari ſuf-
ficit;qꝛ nec oculus vidit:nec au-
ris audiuit:nec in coꝛ hoīuꝫ aſcē
dit q̄ p̄parauit de⁹ his q diligunt

tam:ecce (ſcm̄ eſt tēplum tuum) nullus ſibi admittit̄ niſi ab oi ſor/
de purgat⁹(mirabile)eſt (in equi
te)in quo ſupne btitudinis gloria
vnicuiqꝫ ſm̄ dignitatē eſt diſtri/
buta. Quib⁹ bonis vt poſſimus
repleri. Exaudi nos ds ſalutaris
nr̄)vt ab iſto exilio ⁊ captiuitate
ad celeſtē p̄riam trāſeamus:tu q
(ſpes es oiuꝫ)boiuꝫ tā poſitoꝝ(i
finib⁹ terre)q̄ȝ in remotis inſulis
maris. Et merito i te ſpes eſt oiuꝫ
qm̄ Tu ꝓparaſti) p̄dicatores ſcē
(montes)hn̄tes fortitudinē fidei
⁊ altitudinē ſcitatis humiles con
uerſatione:ſed merito celſiores:
quos miſiſti ad p̄dicandū:⁊ do/
cendum oēs gētes:⁊ hoc in v̄tu/
te tua)q: p eos feciſti magna mi/
racula vt magnitudine v̄bi incre
dulos ꝯuerterēt:⁊ ſcōꝝ admira/
tione duriſſima corda mollirent.
Et bn̄ potēs ꝓpare:q: tu es Ac/
cinctus potētia).i.indut⁹ maieſta
te:humanitatis eni diuini v̄bi po
teſtate ꝓcincta eſt: vt qd̄ hō ex ſe
nō habuit v̄t⁹ diua ꝓſtaret:q per
illos mētes.i.apl̄oꝝ p̄dicationeꝫ
(ꝯturbas ꝓfundū maris).i.gēti/
liū corda ⁊ alioꝝ potētuꝫ ſcli de/
merſa ꝓfundius quoꝝ ēt p̄dica/
tionib⁹ ꝯpeſcis (ſonū fluctuū ei⁹)
ſcꝫ maris ⁊ fremitū ꝑſecutionem
eoꝝ ꝯ̄ eccleſiaꝫ:vn̄ ſeq̄t. Turba/
bunt gētes) maxime turbate ſūt
ad miracula apl̄oꝝ ⁊ caſuꝫ ydo/
loꝝ ſuoꝝ'que apl̄oꝝ potētiam pa
uere videbāt:⁊ in eoꝝ p̄ntia rīſa
denegare(⁊ timebūt q)iſta mūdi
(terminos)cōtinent:⁊ hoc ꝑꝑ ſi/

gna ⁊ miracula apl̄oꝝ tua v̄tute
fcā ⁊ delectabiles facies ꝯuerſos
de ꝓſpitate hui⁹ mūdi ⁊ ꝯuerſos
ēt exeūtes de aduerſitate ei⁹ itaqꝫ
vtrarūqꝫ reꝝ exitus delectabitur
dn̄s:q: vnicuiqꝫ deuotos p abun
dantiā ſue largitatis ꝛegrit. Vi/
ſitaſti) terrā.i.gen⁹ humanū tuo
aduētu(⁊ inebriaſti eā) p̄dicatione
apl̄oꝝ copioſiſſima ⁊ ſaluberri/
ma ⁊ locupletationē illi⁹ multis
modis ampliaſti. Bn̄ dn̄e potes
inebriare tuos:q: Flumē).i.mēſa
(dei)q̄ hic flumini ꝯparatur:q: nec
aliq̄ ſiccitate pōt minui nec pota/
tionib⁹ crebris pōt expēdi(reple/
tū eſt aquis) donis ſpūalib⁹ ⁊ nō
tm̄ potaſti ſꝫ ēt cibaſti vt ꝯuiuiuꝫ
dn̄i in nulla pte eēt defectuoſum:
vn̄(paraſti cibū illoꝝ).i.creden/
tium corpus dn̄i ieſu xp̄i:cui⁹ ſan
guineꝫ bibimus:⁊ de eius corpe
ſaginamur qd̄ non factū eſt caſu:
ſed Q.m̄ ita)ab ipſo deo(ꝓpara/
tum)⁊ diſpoſitum eſt. Et tu dn̄e
apl̄os ⁊ alios primitiuos fideles
qui de illo repleto flumine bibe/
rūt(inebria) aqua ſapiētie ita re/
plēdo vt ſibi ⁊ alijs ſufficiāt mul
tiplica gn̄ationes(eoꝝ) vt p̄dica/
tio btā nō deficiat ſꝫ multiplicet
vn̄ catholica ſemꝑ creſcat eccle/
ſia:⁊(in ſtillicidijs).i. guttis ca/
dentib⁹ de doctrina apl̄oꝝ (leta/
bit)rudis ⁊ nouiter credēs:q̄bus
inquit apl̄s:lac dedi vobis potuꝫ
nō eſcā. Et vere facies:q: Bn̄di/
ces)multitudini fideliuꝫ p quam
catholica dilatat̄ eccleſia quā cū
coronaꝫ noiat.ſignificat eam eſſe
collectam

collectā ex oī circuitu terre (bn̄/
dices) q̄dē (corone) ac gſte. ſ. an/
no. i. tpe gſe in quo apparuit (be
nignitas tua). ſ. q̄ eſt ab aduentu
dn̄i vſqȝ ad finē ſcl̄i (⁊ campi tui)
ſcȝ humiles ⁊ fideles vberes fru
ctus afferēt. Credētes de deſerto
gētilitatis ad quos nullus ppħa
fuerat deſtinatꝰ. Pinguedinē gſe
ſpūs ſci abundantē recipiēt qn̄ ad
eos aplos p̄dicatio ſcā puenit ⁊
gſa dn̄i p fidem decori facti ſunt
quos p̄deȝ icredulitatis macies
horrēda turbabat (⁊ colles). i. al
tiores viri ſicē martyres (accingēt
exultatiōe) qꝛ p̄ſtāte dn̄o puenīīt
ad eternū gaudiū. Arietes ouiū)
ideſt apl̄i ⁊ ceteri ſci: q doctrine
dono duces ſtiterūt pplo xp̄ia/
no induent exultatiōe gaudētes de
fructibꝰ p̄dicatiōis ⁊ doctrie coꝝ
(⁊ valles). ſ. hūiles credētes (abū
dabūt frumento). ſ. frugi bonoꝝ
de quo oēs q dicti ſūt (clamabūt)
ad (dn̄m) laudes dicentes ei.

Argumentum.

Pſalmus. lxv. in quo ō exul
tatione reſurrectionis chriſti.

Vox eccleſie.

Iubilate deo) in-
i effabili leticia de gaudio
reſurrectiōis oēs habitā/
tes terrā ꝯiungite iubilationi bo
na opa in gloriā reſurrectiōis eiꝰ
oi timore ōpoſito annūciate alijs
deū eſſe glorioſuȝ nō ad laudem
vr̄am: ſȝ ad laudē ipſius oia re/
ferte. Dicite deo) o fideles ꝯfeſ/
ſione laudis (q̄ terribilia opera
tua). ſ. ꝙ cū deus eſſes: factus es
hō: ꝙ paſſus tādeȝ ꝙ mortuus ꝙ
reſurrexiſti: dn̄r ſi hmōi (opa ter
ribilia) q̄ pfecto dici pn̄t amabilia
tū qꝛ in ſe incōprehēſibilia ſūt: tū
vt timeas: ſi eni gaudes pp p̄dcā
ēt time ne qō datū ē hūili auferat
ſupbo: ⁊ licȝ opa tua xp̄e magna
v̄tute ⁊ pietate plena ſint: tn̄ i hac
v̄tute (mētiētur inimici tui) iudei
qn̄ opa tua ſigna admirāda n̄ ſpi
ritui ſcō ſȝ diabolo aſcribebāt di
cētes te i belzebub p̄ncipe demo
nioꝝ illa facē. Illis ergo relictis i
mēdacio: Omnis) hō (te adores) te
venereꝰ: tibi ꝯcinat te p̄dicet: ac in
noie tuo cuncta opeꝰ o altiſſime.
Venite) o gētes per fidē ad xp̄m
⁊ lumine cordis cognoſcite (opa
dei) in antiqs pꝛibꝰ ſcā in nobis
eē cōpleta q (terribilis) eſt (ſuper
filios hoieȝ) terribile eſt cogitare
qūo vnꝰ reprobaꝰ ⁊ alius eligiꝰ:
terribile eſt cogitare qūo deus iu
deos ex qbꝰ natꝰ eſt xp̄s dereliqt
⁊ ad gētes ydola colentes venit.
Ecce opa q̄ ſupius admonuit itel
ligere. Qui) dn̄s (ꝯuertit mare i
aridaȝ) qn̄ hebreum populū per
medios fluctꝰ ire fecit (⁊ in flumi
ne). ſ. iordāis (trāſibūt pede) ſic/
co (ibi letabūꝰ i ipſo). i. ſicē tūc po
pulus iſrael fuit letatus: ita in p̄fi
guratione p̄dictoꝝ operū veraci/
ter poſt letatus eſt populus xp̄ia/
nus ꝙ populus ille p mare trāſi/
uit ſequens xp̄i baptiſma qō figu
rabat in quo ois amaritudo peri
abſoluiꝰ: ꝙ v̄o flumina ſiccis pe
dibꝰ ſine piculo pplo ille trāſmea
bit ſignificabat fluenta huius ſe/

culi ſecurē poſſe per gra͞z trāſi-
re ⁊ ad fluēta pn͞ic tutiſſime pue-
nire(⁊ ibi).i.in oib⁹ opib⁹ ſic cō-
pletis in nob letabimur in ipſo.ſ.
deo q͞z in his letant xp͞iani. In
ipſo dico deo letabimur. Qui
dn͞at)oib⁹(in v͞tute ſua)pp͞ria(in
eternū)hoc eſt pp͞riū ei⁹:q͞z lȝ do
minari pn͞t p͞ncipes terraꝝ:nō tn͞
in v͞tute ſua ſȝ dei:nec in eternuȝ
(oculi ei⁹ reſpiciūt ſup gētes)cre
dituras vt miſceat eis:iudei v͞o ⁊
alij icreduli irā dei ꝓuocātes(nō
exaltent i ſemetipſis)ſȝ hūilient
⁊ deprimant. Et iō Bn͞dicite gen
tes deū nr͞m)ꝯſona p͞dicatōe gl͞i-
ficate(⁊ auditā facite vocē laudis
ei⁹).i.firma credulitate ſuſcipite
⁊ alijs p͞dicate vocē illā q̄ pr͞ de
filio dixit in baptiſmo:hic eſt fi-
lius me⁹ dilect⁹ in quo mihi bene
cōplacui:quā puriſſimis ac deuo
tis mētib⁹ opȝ audire vt vnus ac
idē credat dn͞s xp͞s q ante ſcl͞a a
pr͞e ꝓgenit⁹ eſt ꝯſubſtātialis:ipſe
ēt ex maria v͞gine ꝓcreat⁹ dignat⁹
eſt nobis fieri in aſſūpta hūanita
te ꝯſilis. ¶ Predicāda ⁊ laudā
da eſt mi͞a dei:q͞z ipſe Aiaȝ meā)
q̄ pctō mortua fuerat(reduxit ad
vitā).i.ad xp͞m(⁊ nō dedit in cō-
motionē pedes meos).i.fecit vt
nō recedā a via recta ⁊ opib⁹ bo-
nis. Nō ſōt a multis piculis libe
rata fit eccl͞ia in ſuis mēbris dn͞-
dit dicēs in pſona martyꝝ non in
p͞cepe dediſti pedes nr͞os:ſed bn͞
Probaſti nos)aduerſis ⁊ tenta-
tionibus(igne)tribulationis(nos
examinaſti)nō ſicut ſenū qd̄ in ci
nerem vertitur:ſȝ(ſicut argentū)
qd̄ a ſordib⁹ mundat. Induxiſti
nos in carceres. Induxiſti)dico
q͞z oia tua volūtate ꝯſtat eē facta
(poſuiſti tribulationes)flagella ⁊
v͞bera(in dorſo nr͞o ipoſuiſti ho-
mines)pctōres q ſic dn͞arent(ſu-
ꝑ capita nr͞a)vt de nobis ſn͞ias ca
pitales dare poſſent. Itē trāſiuī-
mus p ignē ⁊ aquā)qd̄ vtiqȝ ſcīm
eſt qn͞ alios martyres ignis aſſū-
pſit ⁊ alios aq̄ deuorauit(⁊ eduxi
ſti nos)de igne ⁊ aq̄(in refrige-
riū).ſ.in ſecuritatē celeſtis p͞rie.
Vn͞ ſeqtur. Introibo in domum
tuā)eterne btitudis(in holocau-
ſtis).i.me totū offerēdo (tibi) vt
nihil in me remāeat qd̄ nō cōſu-
mat ignis diuinitatis qd̄ in reſur-
rectiōe erit qn͞ nihil manebit cor-
ruptibile in carne mea:nihil cul-
pabile in ſpū(⁊ reddam tibi vota
mea).i.laudes tuas ſub ꝑpetuita
te tua decātē:⁊ cū oi celeſti mili-
tia hymnū gl͞ie dicā ſemp:hec ſūt
vota ⁊ deſideria q̄ fideles labijs
ſuis dn͞o obtulerūt(Reddā) etiā
(tibi)vota q̄ Locutū ē os meū)
cū ego in tribulatione aliq̄ vel in
aliquo neceſſitatis articulo poſit⁹
eſſem. Introibo in domū tuā in
holocauſtis)q͞z dū vixero. O ffe
rā tibi)melp͞m cū medulla itimi
amoris. ⁊ cū acceptabili oꝛonis
ſuauiſſimo odore ſicut ex aploꝝ
traditiōib⁹ hēm⁹(offerā tibi)inq͞t
eccleſia (boues) .i.p͞dicatores q
pectora hūana feliciter exarātes
coꝝ ſenſib⁹ celeſtis v͞bi ſemia fru
ctuoſa ꝯdūt(offerā ēt hircos)ſcd͞
dos in

dos in peccatis ↄuertēdo ad te.
¶ Eccl'ia ↄuertit ſmonē ſuũ ad
fideles deuotos vt exēplo ſue li-
beratiōis ampli' ↄfidāt in dño di
cēs. (Venite) o vos gētes (q time
tis deũ) ꝛ parate vos ad itelligen-
tiā (ꝛ audite) aurib' cordis (ꝛ nar
rabo q̄ta) bñficia (deus fecit) aie
mee. Inter ea q̄ fecit aie mee hoc
fecit ꝙ clamātib' gētib' ad idola
ꝛ ad lapides: ego (Clamaui) pu-
ro corde ꝛ recta ↄſcia nō voluntate
pũerſa ad dñm q me fecit ꝛ refe-
cit (ꝛ exultaui) in eo qđ (lingua)
ptuli. Et qꝛ puritas in orōne re-
quirit vt ꝙ oratiis ſiue nullis co
gitationũ ſordibus polluat dicit.
(Si iniqtatē aſpexi in corde meo)
vt cōplerē eā (nō exaudiet dñs) qꝛ
talis orō nō eſt exauditiōe digna.
(Propterea) ꝙ nō dilexi iniqtatē
in corde meo (exaudiuit) me (ꝛ i-
tendit voci dep̄catiōis mee) ꝛ mi-
ſert' eſt mihi. Et qꝛ ſic exaudiuit
me. (Bñdict' dñs q) plenus mīa
nō amouit (nō repulit orōnem) a
ſe: ſic enim aures eius ſemp iu-
ſtoꝝ p̄cibus patēt (nec amouit mi
ſericordiā ſuā a me) ſꝫ ampliora
miſericordie ſue bñficia ab eo ſpo.
¶ Argumentum.
¶ Pſalmus.lxvj. in quo pro-
pheta monet ad laudē dei ꝛ be-
ne operandum.

D Eus miſereat' no
ſtri) errantes reducendo
ad viā rectā (bñdicat no-
bis) augēdo in nobis bona ſpūa-
lia: ꝛ oſtēdat deus pr̄ claritatē filij
ſui q eſt (vultus) ei' generi huma

no per incarnationē: vt ab eo ca-
piamus lucē: qꝛ nemo pōt videre
niſi q claritate eius pfuſus eſt (ꝛ
miſereat' nr̄i) repetit qꝛ quēadmo
dũ illuminatio ſine dei mīa nō p̄t
hri: ſic nec habita ſine mīa pōt cō
ſeruari. Et ad hoc illuminet. (Vt
cognoſcam') in p̄nti vita vbi ne-
ceſſaria eſt cognitio (viam tuā). i.
filiũ tuũ p quē puenit' ad te in q̄
via nemo errare pōt niſi q ab ei'
regulis deuiare p̄ſumit (cogno-
ſcamus) dico eum oium gētium
eſſe ſaluatorē. Et cũ cognouerit
te per fidē. (Confiteant' tibi) pctā
ſua accuſando ſe ↄ eis: ꝛ ipſis pec
catis delectis (ↄfiteant' tibi) ↄfeſſio-
ne laudis (popl'i) nō pauci ſꝫ oēs.
Quia hō q iā ↄfeſſi ſunt pctā ſua
formidare nequeũt futura iudi-
cia tanq̄ ibi dānandi: de talibus.
¶ Prophēa loquēs ait. (Letent'
ꝛ exultent gētes) q̄ faciē dei ↄfeſ-
ſiōe p̄uenit' meruerūt: ꝛ ↄuertēs
ſermonē ad deũ ait (qm̄ iudicas)
in futuro iudicio (in eqtate) red-
dēs ſingulis ſꝫ ſua merita humi-
liũ corda ſanādo: ꝛ ſupboꝝ col-
la ↄcidēdo (ꝛ gētes in terra diri-
gis) faciēs eas i hoc mūdo ↄuerti
vt diabolice nequeāt errore ſub-
uerti. (Cōfiteant' tibi ppl'i de') cō
feſſione laudis (ↄfiteant' tibi ppl'i
oēs: qm̄ (terra) nr̄i cordis q̄ pri'
in infidelitate cōſiſtens ſpinas ꝛ
tribulos vitioꝝ pferebat expur-
gatis ſordibus idolatrie dat (fru-
ctũ) bonoꝝ opeꝝ ꝛ plurimos fru
ctus ꝯtuti. Et iō (Bñdicat deus)
pater. ſ. in hac vita multiplican-

do in nobis virtutes ꝛ(benedicat nos deus) filius:bñdicat nos ſpiritus ſanctus(ꝛ metuãt eã3) q eſt vnus in tribus pſonis timore filiali(oẽs) hoies de oibus finibus (terre)vt ſuſceptã fidem accurata ſollicitudine cuſtodirent.

¶ Argumentum.

¶ Pſalm⁹.lxvij. in q̃ de exaltatione xp̃i ꝛ ruina aduerſarioꝝ.

¶ Introductio.

¶ Propheta ꝯſidẽter optãs reſurrectionẽ xp̃i in qua diſſiparentur aduerſarij eius ait.

Exurgat deus).i. xp̃s a morte(diſſipentur inimici ei⁹)iudei qđ impletum eſt in diſpſione titi ꝛ veſpaſiani tollanẽ metu:animi a p̃ſentia dei q vbiq̃ eſt p̃ñs:q reprobi in iudicio p̃ñtiã xp̃i iudicãtis euadere cupient: ſ3 minime poſſint (q oderũt eũ).i.q in ſua ptinacia pſtiterũt. Sicut deficit fum⁹) ſic in ſupbia ꝛ elatõe ſua deficiãt (ſicẽ fluit cera a facie ignis:ſic pereant petõres)eũ (ad dei faciẽ) in iudicio deducenẽ. Et (iuſti) reficianẽ delitijs diuinitatis(ꝛ exultent) poſiti(in ꝯſpectu dei) in clara viſione eius (ꝛ delectenẽ in letitia) ſua quã nouerũt nullo fine claudendã3. ¶ Propheta ꝯuertit ſmonẽ ad fideles qb⁹ tantã ſpẽ dedit hortans eos ad laudes deo decãtantes dicẽs. Cãtate deo) puro atq̃ fideli ſemp aio laudate eũ:opera vr̃a in gloriam noie ei⁹ referẽdo (iter facite ei)corda vr̃a purificãte preparãdo:que dignẽ ipſe ſanctus dñs introire(q aſcendit ſup occaſum).i.mortẽ a mortuis reſurgendo cui nomẽ eſt dñs abſolute:q preẽſt oi creature. Exultate)in iteriori homie in ꝯſideratione p̃mij futuri:q̃ erũnas p̃ñtis vite mitigat:iõ.n. exultate: q2 q vos ꝯturbãt.i.opp̃ſſores paupeꝝ (viduarũ)ꝛ orphanoꝝ(turbabũtur a facie ei⁹).i. dei qñ dicet ite maledicti in ignẽ eternu3:a facie ei⁹ dico q eſt pr̃ ꝛ p̃onus orphanoꝝ ꝛ iudex viduaꝝ. ¶ Iterũ propheta cõmẽdans xp̃m ait. D e⁹) inhabitat (in loco ſcõ).i.in angelis ꝛ ſanctis viris (q habitare facit)hoies vnanimes(i domo) eccleſie q mutua charitate ſocianẽ: quoꝝ eſt cor vnũ ꝛ aia vna i dño. ¶ Alia cõmẽdatio qui.ſ.deus. Educit vinctos) de vinculis peccatoꝝ ꝛ ſanctos p̃res de carcere inferni fortitudis ſue robore alligato diabolo eduxit quos tenebat ille captiuos(ſi̇r).n.eos eduxit ſoluẽdo eoꝝ pctã(qui exaſperant)ꝛ ꝓuocant deũ ad irã(q habitant) in mala cõſcientia carnis voluptatibus dedit:talibu3.n.miſereẽ aliquãdo deus ꝛ educit eos a iugo ac ſeruitute diaboli. Uere dñe educes vinctos. Cum)te ipſum o deus manifeſtũ oſtẽdens hoibus ꝛ fideles in opibus tuis pietatẽ potẽtiãq̃ cognoſcẽtes ad te ꝯuertenẽ:ꝛ cu3 deſertis iudeis ptrãſieris in deſtũ gẽtilitatis vbi multos abſolues pctõꝝ vinculis alligatos:tũc Mota ẽ terra).i. habitatores terre excitati ſũt ad fidẽ3

τ hoc

⁊ hoc qꝛ(celi).i.apl̄i (diſtillaue-
rūt a facie)hītātes in eis:doctrinā
ſalutarē miracla plurima magna
faciētes(facie)dico dei veteris le-
gis ⁊ antiq teſti Pluuiā)doctrine
⁊ gr̄e tue(volūtariā).i.gratis da-
tā ſine aliquo merito (ſegregabis
hēditati tue) pplo iſraelitico cui
pn̄ualr̄ p̄dicaſti:q̄ hēditas īfirma
ta eſt.i.excecata:qꝛ noluit recipe
v̄bū tuū (Tu v̄o pfeciſti eā)ſup-
plēdo locū ei⁹ de gētib⁹:vn̄ ſeqꝛ.
Aīalia tua).i.gētes q̄ dn̄r aīalia:
tū qꝛ idomite:tū qꝛ ſine lege:tū qꝛ
veluti irrōnabiles cultū diuinū ⁊
honorē irrōnabili creature ipē i-
pendebāt(hitabūt) in hēditate.i.
eccleſia tua:qꝛ vna cū iudeis fiet
hēditas tua cū v̄e religioſis cultuꝫ
te miſerāte p̄ceperint(hitabūt)gdē
nō meritis ſuis nec ſua v̄tute:ſꝫ qꝛ
in dulci mia tua ab eterno (p̄pa-
ſti)hoc(paupi) pplo gentili ad te
ꝯuerſo a diuitijs ſupbie carenti.
Ad quartū gētium ꝯuerſionem.
Dominus dabit euāgelizātib⁹)
vtriuſqꝫ teſtamēti (ſciētiam) ⁊ ita
euāgelizare(in v̄tute multa)v̄bo
doctrine:ſcitatis exēplo:⁊ mira-
culoꝝ imēſitate. Rex v̄tutis).i.
angeloꝝ ⁊ ptātū(dilecti) filij ſui ⁊
ſup oia ſempqꝫ(dilecti)dedit filio
ſuo (diuidere ſpolia).i.populos
a diaboli captiuitate ereptos ordi
nando eos in diuerſis ordinibus
qḋ ⁊ fecit ꝯſtruens in opus mini
ſterij edificationem corporis ſui
alios apl̄os:alios pphetas:alios
euangeliſtas:alios doctores:que
ordinum varietas ⁊ officioꝝ di-
ſtributio ordinatꝛ ad ſpecioſitateꝫ
dom⁹ eccl̄ie ſicē ſpecioſū eſt corp⁹
diſtributione membroꝝ. Faciet ⁊
hoc:qm̄ Si)vos fideles q̄eſcatis
a ſtrepitu ⁊ opib⁹ ſcl̄i meditantes
diuinaꝝ ſcripturaꝝ ſacra:q̄ ꝯtinētꝛ
(inter)duo teſtamēta ⁊ i eis delecte
mini ſuſtulerit vos(pēne).i.v̄tu-
tes q̄b⁹ ad celū celerit̄ volare poſ
ſitis(pēne)dico(colūbe deargēta
te).i.eccl̄ie q̄ talis dr̄ qꝛ inocētiā
hꝫ colūbe:⁊ diuini eloquij argē-
teo cādore reſplēdet cui⁹ eccl̄ie ⁊
cuiuſcūqꝫ mēbri ei⁹ vltima in ſpē
(auri) clarificata reſplendent qa
poſtq̄ꝫ d hoc mūdo diſceſſerit ſu
pra auꝝ eius gr̄a lucebit. Et hoc
eſſe faciet nob dn̄e:qꝛ D ū cele-
ſtis rex)xp̄s pius aſcēſionē in ce-
lū(diſcernit)ordiat ⁊ diſponit(re
ges)ſcōs p̄latos q̄ bn̄ regāt ⁊ ſe ⁊
alios ſup eccleſiaꝫ ipſi ⁊ alij coꝝ
p̄dicationib⁹ ad fidē xp̄i ꝯuerſi p
fidē ⁊ baptiſmū(ſup niuē dealba
buntꝛ)in ſelmō vmbra; iterp̄tatꝛ.i.
in v̄tute xp̄i ⁊ obūbratiōe ſpūs ſci
q(mōs ſelmō)i q̄ ē plenitudo gr̄e
⁊ vmbra nob ſit ⁊ refugiū ꝯ eſt⁹
h⁹ ſcl̄i ē mōs xp̄s q eſt(mōs pin-
guis)ex q̄ ppetua ⁊ ſuauia fluēta
d̄ſcēdūt q aq̄s hꝫ irriguas ⁊ cele
ſti ſuauitate ꝯditas. Mōs coagu-
lat⁹)ē xp̄s pp puulos nutriēdos
q nō eſca corpulēta:ſꝫ coagulato
lacte potādi ſūt:q̄s lacte tenerioris
doctrie paſcit ⁊ nutrit:ē ēt(mōs
piguis)qꝛ fertilitate ſua ſp vbrius
⁊ pp maturos q̄s pane ſolidioris
doctrie cibat. ¶ Et ꝯuertēs ſmo
nē ad iudeos rep̄hēdens eos q

xp̄m pur hoīez eē credētes dice-
bant illū aliquē pphetaꝝ eē dicit
(vt quid)vos iudei (ſuſpicamini
mōtes coagulatos).ſ.viros ſcōs
pphas vt mōtē xp̄m nihil diſtat
ab eis credatis : falſe creditis qm̄
ꝫ ſi alij pphe pp virtutū excellen
tiā ꝫ opeꝝ ſoliditatē mōtes coa-
gulati dicant:non attingit tñ ad
celſitudinē illi⁹ mōtis q eſt in ver
tice mōtiū . Nō ſuſpicamini hoc
iudei qm̄ xp̄s ſolus eſt ille. Mōs
in quo bñplacitū eſt dño habita-
re in eo) pſonal'r (ꝫ inhitabit) in
eo inſepabil'r:in alijs ꝯo mōtib⁹
.ſ.ſcis hitabit p grām vſqꝫ ducat
eos in finē.i.in ſe deū ꝯtēplādū.
Licet alij ſci cōparabiles nō ſint
altitudini xp̄i q eſt mons mōtiū:
ſcūs ſcōꝝ:rex regū:ꝫ dñs dñan-
tiū:nihilomin⁹ copulati caritate
ſunt. Currus dei)quē ille velut
auriga iſedit:ꝫ ad voluntatis ſue
miniſteriū ſalutari lege moderat
ꝫ regit:currus dico (decē milib⁹
multiplex) .i. ex finita numero-
ſitate oium credētiū poſuit finitū
p ifinito q̄ in numero(milia) ſūt
letātiū:ꝫ hoc q2(de⁹)eſt(in eis)q
magne exultationis ꝫ cumulus ꝫ
bonoꝝ oiū dulcedo mirabilis:ꝫ
q̄re in eis q2 obſuant mādata dei
q̄ data ſūt(in)mōte(ſynai ſancto)
¶ Propheta ꝯuertēs ſmonem
ad xp̄m ait. Aſcendiſti)o xp̄e(in
altū)ſup oēs altitudines ac ho-
nores:ſup oēs celos ādexteram
pr̄is ꝫ liberatos ſcōs pr̄es a ca-
ptiuitate diaboli pduxiſti ad ce-
los(ꝫ accepiſti dona)a pr̄e diſtri-
buēda(hoib⁹)Inter alia(dona)
inſup(accepiſti)qꝫ Qui nō) cre-
debāt p̄t⁹ deū inhabitare poſſe
mortalib⁹ ſicut gētiles q (deū in-
habitare)iter hoies nō credebāt
p grāz ſci ſpūs inhabitant ab eo.
¶ Propha pūidēs tantā mīaz
dādam hoib⁹ plena letitia dicit.
Bñdictus dñs)ſit cūctis diebus
oiqꝫ tpe a fidelib⁹ laudet q aſcē-
dit in altū:duxit captiuitatē:dēdit
dona hoibus ꝫ(pſperū iter faciet
nobis)aſcēdēdi quo ipſe pceſſit
(de⁹ ſalutariū nroꝝ).i.ſaluatio-
nū nraꝝ:q2 de plurib⁹ picuis li-
berat:nullus ergo de pſpo itine-
re dubitet cui dux ſalutaris eſt
xp̄s. Merito dī(de⁹) ſalutariū
nroꝝ:qm̄ D e⁹)eſt(de⁹) hñs po
teſtatē ſaluādi quoſcūqꝫ voluerit
q̄ pp ipſe nos ſaluos fecit p nob
mori dignat⁹ eſt:ꝫ q2 diceret ali-
qs quo morimur ſi ſum⁹ ſaluati?
Rñſio eſt duplex ſm duplicē in-
tellectū hui⁹ lre. Primo nō de-
digneris ſi morieris q2 ipſi⁹ dñi
q ſine pctō fuit(exit⁹)ab hac vita
non alius fuit q̄(mortis) Scdō
noli diffidere ſi morieris ſꝫ ſpa
q2(exitus)dñi quo reſurgendo a
morte exiuit fuit(exit⁹) .i. deſtru
ctio mortis:q2 p mortē ſuā mor-
tē deſtruxit:vñ ſicut ipſe inde exi-
uit ꝫ nobis exire dedit:ſpe.n.ſal
uati ſum⁹. Licet De⁹ ptātē hēat.
Saluos faciendi) peuntes : q2 tñ
iuſtus eſt(ꝯfriget capita inimicoꝝ
ſuoꝝ)auctores.ſ.iudaice ſeditio-
nis.ſ.pncipes ſacerdotū ꝫ ſenio
res iudeoꝝ:ꝯfringet ēt(verticem

capitili).i.excellētiā ꝛ elationem
ſectas.ſ.hereticoꝝ qb⁹ eleuabāt
ꝛ ſupbiebāt(pambulātiū)dico.i.
pſeuerātiū(i delictis ſuis)Quoſ-
dā dñs ꝯſtringet:ꝛ quoſdā ēt cō-
uertet:qm̄ D ñs dixit ex baſan)
qḋ iterpretat̄ ſiccitas.i.de hūano
gñe qḋ ſiccitas poſſederat aridi-
tate pcti(ꝯuertam ꝯuertā)pfecto
multos de gētilitate ad viridita-
tē ſuā dū illi fluuios ſalutis infu-
dit(ꝯuertā in pfundū maris)etiā
de eis q in vitioꝝ pfundo iacent.
¶ Propheta admirās ꝯuerſio
nē aliquoꝝ q̄ fiet p xp̄m ꝯuertēs
ſermonez ad ip̄m ait:ita ꝯuertes
eos q añ gradiebant in voluptuo
ſo mari vt q pri⁹ erāt inimici fidt.
Pedes tuos)q portat te pdicādo ꝛ
p noie tuo certādo vſqꝫ ad effu-
ſionē ſanguinis:ꝛ ita vt(de inimi
cis)tuis fiāt optimi pdicatores q
veluti canes p te dñe clamoroſis
latratib⁹ ꝯ hoſtes iuigilēt:ꝛ do-
mū eccleſie tue cautiſſima ſaga-
citate cuſtodiāt:ꝛhoc nō a ſeipſis
hēbūt:ſꝫ ab ipſo dño qui amara
mutat in dulcedinē:triſtitiā ver-
tit in gaudiū:egritudines deteſta
biles in ſalutē.Inde aliq ita mi-
rabilr̄ ꝯuerſi ſunt ad te o xp̄e:qꝛ
Uiderūt igreſſus tuos)qb⁹ ve-
niſti in mūdū ꝛ vixiſti in eo p in-
carnationē:veſtigia pdicationis
qb⁹ inocenter in hoc mūdo ſcis
greſſib⁹ ambulaſti miraculoꝝ i-
mēſitatē ſanctiſſimā vitaꝫ:ſplen-
didiſſime ꝯuerſiōis exēpla(igreſ-
ſus)dico(regis mei qui)hitat(in
ſcō)xēplo eius.ſ.in corpe eius in
quo eſt plenitudo diuinitatis quā
perfidi videre nō poterāt.Cōuer
tent ēt q Principes).i.apli qui
ppłoꝝ credētiū(pncipes)fuerūt
(puenerūt eos)qꝛ pri⁹ credētes:
ꝛ ſe alijs fidei ꝛ bone opatiōis exē
pla dederūt:ꝛ hi nō ſoli ſꝫ(ꝯiun-
cti)multis alijs ſua pdicatiōe cō-
uerſi laudes dñi nō voce tm̄ ſed
bonis actib⁹ pſonātib⁹:ꝛ ne cre-
deres femineū ſexū ꝯtēptuꝫ ſeq-
tur(i medio iuuēculaꝝ)pma eta
te florētiū q̄ timpana ſua hoc eſt
corpis tēſionē ad deū laudes glo
riāqꝫ verterūt macerātes ſe ieiu-
nijs carnis afflictiōe gaudentes.
Propter hec oia bona a deo ſu
ſcepta.Uos fideles.Benedicite
deo)nō p diuerſa ꝯuēticula paga
noꝝ nec p hereticoꝝ ſpelūcas ſꝫ
in eccleſijs vbi eſt locus bñdictio
nis vbi recta eſt fides ꝛ recta ꝯfeſ-
ſio:q.n.ex̄ eccleſiā ſūt deū di-
gne laudare nō pñt.Bñdicite dñ
co D efontib⁹ iſrael).i.de doctri
na xp̄iana quā gētib⁹ apli ifude-
rūt:fons religiōis inde ad certas
nationes emanauit ab aplis:ergo
doctrinā ꝛ exemplū ſumite quos
dñs fōtes doctrine ex iſrael xp̄s
pri⁹ elegit.Inter)quos fōtes ſi-
ue eccleſiaꝝ principes eſt paulus
de tribu(beniamin)ortus aploꝝ
nouiſſim⁹ tpe adoleſcētie vocat⁹
ꝛ ꝯuerſus q rapt⁹ eſt vſqꝫ ad ter
tiū celū(ibi ēt iter pncipes)in ec-
cleſia ꝯſtitutos:ſūt Pricipes iu-
da).i.apli ſci q deſcēderūt de tri
bu iuda de q̄ natus eſt xp̄s ꝛ co-
gnati eius(ꝛ pncipes zabulon:ꝛ

pꝛincipes neptalim).i.apl'i ſancti
deſcēdētes de tribu(zabulō ⁊ tri/
bu neptalim) ¶ Pꝛophā acce/
pto tā ineſtimabili munere ad pa
trē ꝯuerſus dicit Manda de⁹)pē
(virtuti tue).i.xp̄o qd hoc.i.ꝙ
ꝯfirmet.i.ipſe(de⁹ ꝙ opat⁹ eſt in
nobis)nos docēdo reſurrectionē
ſuā:manifeſtādo ſpm̄ ſcm̄ mittē/
do vt fides quā nobis donare di/
gnat⁹ eſt firma ſtabiliſq; ſemper
maneat. Qō opat⁹ es dico icipiē/
do. A teplo tuo in hieruſalē)ibi
eni xp̄s pſonalr p̄dicauit ibi ipm̄
ſcm̄ ſup apl'os miſit qbus apl'is ⁊
alijs diſcipulis ꝯfirmatis ⁊ fidez
ꝯſtāter p̄dicātib⁹ p oꝛbē multe gē
tes ꝯuerſe ad xp̄m(reges)⁊ p̄nci
pes dederūt multa ⁊ magna(mu
nera)ad edificationē eccleſiaꝝ ⁊
ſubſtentationē miniſtroꝝ in eis.
¶ Pꝛopheta nūc ꝯuertit oꝛonē
ſuā vt de⁹ fidei hoſtes ſua virtute
cōpeſcat.vz.tyrānos ⁊ hereticos
dicens. Increpa)cōpeſce(feras)
.i.tyrānos gētiles p̄ncipes roma
nos quos feras noiat pp crudeli/
tatē:vñ ſepe dabāt feris martyres
deuoꝛādos(arūdinis)ꝯo qꝛ p̄n/
cipes romani vēto vane glie mo
uebant cōpeſcēda eēt (ꝯgregatio
thauroꝝ).i.hēticoꝝ q ſūt ceruico
ſi idomiti q erecta ceruice ſedu·
cūt aias inocētes:⁊ ad ſuū gregē
trahūt quos ifelici pſuaſiōe deci/
piūt iter quos leues ad ſeducēdū
ſūt(vacce popl'oꝝ).i.muliercule
vel muliebꝛiter viuētes ducti vo/
lūtate leuiſſime q̄ p fidē doctores
tan̄ꝗ thauros ſequunt:hoꝝ autē
tyrānoꝝ:⁊ hereticoꝝ ſtudiū eſt vt
p toꝛmēta:aut dolus aut blandi/
mēta ſeparēt:⁊ auertāt a vītate ſi
dei eos q vt(argētū)i foꝛnace(p/
bati ſūt).i.catholicos doctoꝛes.
D iſſipa gētes).i.hēticos:⁊alios
eis ꝯſentiētes(q̄ bella volūt)ſedi
tiōes cōmouētes aduerſus eccle/
ſiā qō fiet qꝛ(ď egypto).i.de mū
do pcī nigredie tenebꝛoſo(veniēt
legati).i.apl'i q pacē mūdo attu/
lerūt dicētes gen⁹ hūanū deo pēi
recōciliatū eē p xp̄m:veniēt dico
ad ꝯuertendū ppl'os de tenebꝛis
pctōꝝ(ethiopia).i.gētilitas deni
grata pctis(p̄ueniet man⁹).i.vi/
dictas dei(iō)recōciliata p fidē ad
pniam qꝛ pri⁹ credet ꝗ de⁹ vindi
cet de ea. ¶ Pꝛophā exultās ď
hac gētiū ꝯuerſiōe ad deuz inuitat
oēs fideles ad laudē dei dicens.
Regna terre).i.oē gen⁹ hoium
(cātate deo)cū puritate mentis ⁊
(pſallite dn̄o)bn̄ operādo ad lau
dē ei⁹. Qui)mōtem oliueti q eſt
ad oꝛiētē(aſcēdit ſup oēs celos)
Et qꝛ poſt aſcēſionē poſt paulu/
lū vētur⁹ eſt ad iudiciū. Dicit p/
pheta ꝙ tūc Uocē ſuā)v̄tuoſam
faciet vt ad vocationē ſuā omnes
hoies reſuſcitent:⁊ qꝛ tantus eſt:
vos oēs hoies(date gloꝛiaz deo)
regnāti ſup oēs vidētes deū cui⁹
(magnificētia)⁊ v̄tus appebit in
ſcis apl'is : ⁊ alijs viris pfectis q
aliqñ(nubib⁹)cōparant qꝛ nō ſo
lus veniet ad iudiciū ſz cū ſenio/
rib⁹ populi ſui. ¶ Vñ ſequitur.
Mirabilis de⁹ in ſcis ſuis)quos
poſt multas tribulatōes erexit in
ſublimitate

ſublimitate celoꝝ(deus)ppl'i chri
ſtiani(dabit plebi ſue)fragili:⁊ i-
firme(v̄tutē)reſurrectiōis:⁊(for-
titudinē)imortalitatis quā in ſua
carne p̄miſit:p tātis ergo bōis a
deo p̄miſſis dicam⁹ nos cū pph̄a
grās agentes illi(bn̄dictus deus)

¶ Argumentum.

¶ Pſalmus.lxviij. in quo de
paſſione chriſti.

¶ Introductio.

¶ Vox filij ad patrem ex perſo-
na humanitatis.

Saluū me fac d̄s)

ſ ñ rogat vt differat paſſio:
q2 gen⁹ hūanū redimere
decreuerat ſ3 vt quādiu retineret
in morte(qm̄ aque).i.ſeditiōes ⁊
pſecutiones ppl'i iudeoꝝ(intraue-
rūt vſq3 ad aīam meā)intātu3.n.
ſeuierūt in me vt auferrent vitam
meā. Saluū me fac oro de⁹: qm̄
Infixus ſum in limo pfundi)ca-
ptus ſum:cōprehēſus ſum in ma
nib⁹ iudeoꝝ q ſunt limus.i.cor-
ruptio ſm cōem nām hūanitatis
que de limo formta eſt: ſ3 dicunt
limus pfundi pp̄ter ſceleratā3 ⁊
profundam iniquitatem eorum
(⁊ non eſt ſubſtantia)ideſt carnis
virtus per qua3 inde euadam ni-
ſi tu ſalues. Veni in altitudine3)
perſecutionis inſanientiū iudeo-
rum ⁊ ſeditio concitata per eos
(demerſit me)in mortem. Et de
hoc non ſunt excuſabiles q2 ego
clamaui oſtendendo ea non eſſe
faciēda que mihi faciebant:⁊ hoc
Clamans)laboraui:quia nō au-
diebar a pfidis(rauce facte ſunt
fauces)ideſt ſimiles rauco quia
a paucis exaudiebar(defecerunt
oculi mei)carnales qui morte ex-
tincti ſunt(dū ſpero in deū meū)
qui me cito reſuſcitabit. ¶ Con-
ſequenter plangens multitudinē
perſequentium ait. Multiplicati
ſunt ſuper capillos capitis mei(q
oderunt me) ſine cauſa (gratis)
oderunt me quoniam ſine vllis
offenſionibus ſine merito perſe-
cuti ſunt me. Et non tātum ſunt
multi: ſed Confortati ſunt)per
herodem ⁊ pilatum ⁊ fortes fa-
cti ſunt(inimici qui me perſecuti
ſunt iniuſte) in qua tribulatione
(exſoluebam)penas pro his(que
non rapui)ideſt peccatis que non
perpetraui:ſed primi parētes ra-
puerunt ⁊ ego pro eis ſuſpenſus
ſum. ¶ Unde ſequitur. Expo-
nens propter que paſſus eſt ait:
tu ſancte pater. Scis inſipientiā)
meorū a me luendam(⁊ delicta)
ſcienter facta meorum que in me
ſuſcepi delenda (a te nō ſunt ab-
ſcondita)delictoꝝ enim fui ſuſce-
ptor:non cōmiſſor. Et quia talia
non mea culpa patior:o dn̄e pre-
cor. Ut non fruſtrent ſancti pa-
tres pphete ⁊ alij iuſti qui detinē-
tur in iferno(qui expectant)edu
ci per me qd̄ fieret ſi nō reſurge-
re3:⁊ ideo(dn̄e virtutū)cui nihil
impoſſibile eſt non aliter eueniat
q̄ ſpiritus ſanctus per eoru3 ora
predixit. Non cōfundant ſuper
me morientē.i.nō humanas in-
ſultatiōes de mea dormitiōe ſuſti-
neant(q te)regrere comproban-

tur(deus iſrael).i. videntiū deū.
Merito nō debēt ↄfundi in paſ/
ſiōe mea q te expectāt(qm̄) nō p
culpa mea. Suſtinui obprobriū)
crucis: ſȝ volūtatē tuā explerē:⁊
(ↄfuſio).i. ↄſputa alapis cedi:ve/
lato vultu derideri:⁊ tādē dign⁹
hēri cū latronib⁹ crucifigi(coope
ruit faciē meā)Et exequēs paſſio
nē ait. Extraneus fact⁹ ſum fra/
trib⁹ meis).i. iudeis q erāt eius
ſanguinis vicinitate ↄiūcti: qbus
extraneus fact⁹ eſt qn̄ ei credere
noluerūt(⁊ pegrinus)eiſdem iu/
deis(filius)ſynagoge(mr̄is)ſue:
ſynagogā aūt matrē dicit de quo
ortus eſt dn̄ in iudea gēte naſci di
gnatus eſt:qb⁹ fratrib⁹ pegrinus
fuit:qn̄ eū nō receperūt:ſȝ poſt⁹
abiecerūt eū dicentes:hūc neſci/
mus vn̄ ſit. Ideo pegrinus eis fa
ctus ſum. Qm̄ zelus) ſiue amor
(dom⁹ tue)totū me ſibi vendica/
uit ⁊ abſorbuit:vn̄ qꝛ domus tue
gloriā zelās pſecut⁹ ſum in eis ini
quitates eorum eijciendo venden/
tes ⁊ ementes in templo indigna
ti ſunt ↄ me:⁊ machinati ſunt mi
hi mortem(⁊ obprobria)q̄ iudei
(exprobrauerūt tibi) miracula q̄
ego tua v̄tute faciebā attribuēdo
v̄tuti dm̄onū(ceciderūt ſup me)
qꝛ occaſiōe miraculoꝝ q̄ tua vir/
tute opabar:iudei q̄ſierūt mortē
meā dicentes qd facimus:qꝛ hic
hō multa ſigna facit ⁊c̄. Propt̄
hec erga eos iratum me nō oñdi
volēs me de eis vindicare ſȝ tri/
ſtitia q̄ſi (Cooperui me)q̄ſi ieiun⁹
eēm ab illis nō potēs aliquos mi/
hi incorporare de eis(⁊ factū eſt
in obprobrium)triſticis ⁊ detra/
ctiōis(mihi)ſemp.n. boni malis
obprobrio ſunt qn̄ minime eoꝝ
ſcelerib⁹ acqeſcūt dū illis ſtudio/
ſe detrahūt qbus nulla ſocietate
iūgunt. Et poſui veſtimētū meū
cilicīū).i. triſtitiā oñdi faciēs me
ſimilē illis q veſtiunt cilicio.i. pe
nitētib⁹:nuſq̄.n. legit dn̄ȝ vſuȝ
fuiſſe cilicio(⁊ factus ſuȝ illis in
parabolā)de quo fabulas ſuas ir
riſorias facerent. ¶ Vn̄ ſeqtur.
Aduerſuȝ me loqbant)in publi
co vbi ↄueniebat ↄcurſus pluriuȝ
q mihi iſultabāt ⁊ potatores vini
in tabernis in deriſionē meā cō/
uertebāt cant⁹ ſuos. Illi ita ſeui/
unt ↄ me. Ego vo orōneȝ meā
ad te)dirigo:qꝛ iurgijs holuȝ nō
inflāmatis rixis:ſȝ pijs orōnibus
obuiādū eſt p eis vt ↄuertant: ⁊
qꝛ ad te oro exaudi me:qꝛ nunc
eſt(tp̄s bn̄placiti).i. gratie qd tu
(de⁹)pr̄ hūano gn̄i p me ſubue/
nire diſpoſuiſti tp̄s qd vincit oīa
ſecula:tp̄s qd mūdū reparauit la
bētē:tp̄s qd eternitatē attulit ⁊ ſa
lutē. Tēpus qdeȝ pparatū fuit a
te nō meritis hoīum:ſȝ In mul/
titudie miſicordie tue)nā ſi mul/
titudo mīe nō fuiſſet nequaq̄ re/
demi poteram⁹ obnoxij:nō enim
parū miſicordie fuit:q̄ tā ingētia
petā ſupauit:multitudo qdē fuit
delicti:ſȝ multo numeroſior mi⁹
ſericordia q̄ illa vicit: ⁊ qꝛ iam o
de⁹ pr̄ tp̄s beneplaciti eſt(exaudi
me in v̄itate ſalutis tue).i. in pfe/
cta reſurrectiōe quā i v̄itate pol/

licitus

licitus ēs ꝑ ꝓphetas. Eripe me de luto vt nō infigar)id eſt(eripe) ꝑ accelerationē reſurrectiōis (vt nō)putreſcā in ſepulchro(libera me ab his).ſ.iudeis (qui oderūt me)quoꝝ odia reſurgēte xp̄o fruſtrata vanuerūt: ⁊ de ꝓfūdo iudeorū q(ꝓfundus)erat ex malignitate ꝯſilij ⁊ ſeditiōib⁹ turbulentus Nō me demergat tēpeſtas aque) .i. paſſiōis mee vt diu detinear in morte(nec abſorbeat me ꝓfūdū) terre in ſepulchro vt corpus meū in eo putreſcat ⁊ nec pute⁹ limbi patrū cū ad eū deſcēderit aīa mea claudat ſuꝑ eā os ſuū vt inde non exeat: ſ; cito redeat ad corpus ⁊ reſurrectio cōpleat. ¶ Expoſitis periculis orat dicēs. Exaudi me dn̄e qm̄ benigna eſt miſericordia tua)ſemꝑ ꝗ ad bn̄faciēdū parata(ſm multitudinē miſeratiōnū tuaꝝ reſpice in me. Et ne auertas faciē a puero tuo).ſ. xp̄o q puer dr̄: tū ꝓp inocētie puritatē: imunis.n. fuit ab oī pctō: tū qꝛ in hūilitate carnis apparuit (velociter exaudi me)non differas reſurrectionē meā vſq; ad cōez oīuz reſurrectionē(qm̄ tribulor) ꝑceſſit afflictio: ſequat velox mīa tua: ergo Intēde aīe mee)ꝯſiderans ꝗ̄ inocentia tibi ꝑfuerit(⁊ libera eā) non rogat vt differat paſſio: ſ; vt cita reſurrectiōe glorificet: nō tm̄ ꝓp me ipm̄ me libera. ſ; ēt(ꝓp inimicos meos eripe me)vt vidētes me reſurgētē tertia die ꝯfundant vel ꝯuertant ad te. Merito exaudire me debes: qm̄ Tu ſcis)ꝗ̄re

in aſſūpta carne iſta ſuſtineo(improperiū)mihi illatū in vbis turpib⁹ ⁊ iniurioſis(ꝯfuſionē meā) qm̄ capt⁹ ſum ad modū latronis ⁊(ignominiā meam)in ſputis in alapis ⁊ flagellis mihi illatis: ꝗ̄re autem iſta ſint mihi illata tu ſcis. Exaudi me dico vt punias inimicos meos: qm̄ In ꝯſpectu)tue diuinitatis(ſunt oēs q tribulāt me) ꝑ volūtate tua potes eos punire: quam tn̄ tribulationē ſpōte ſuſtineo: qꝛ(improperiū)ipſoꝝ ꝓſciens illud(cor meū)volūtate(expectauit ⁊ miſeriā)ēt mortis libēter acceptt: deſiderio enim deſiderauit hoc paſcha manducare. Et ſuſtinēs iſta expectaui. Qui ſimul cōtriſtaret ⁊ nō fuit)de tāta multitudine iniquoꝝ q̄s aut cōpaſſus dolorib⁹ meis aut extitit ꝯſolator: ſ; oēs leti ſcelus ꝑegerūt(Qui ꝯſolaret ⁊ nō inueni)ſ; Dederūt eſcā meā fel ⁊ in ſiti mea potauerunt me aceto)hoc iplerū fuiſſe in euāgelijs legim⁹. ¶ Predicit penā iudeoꝝ dicens. Fiat mēſa in laqueū)hoc ipletū eſt qm̄ ipſis celebrantib⁹ in hieruſalē ꝯuiuiū paſchale circūdati ſūt a romāis ⁊ cōcluſi ſicut aues in(laqō ⁊ in retributiōes)penaꝝ ꝯdignaꝝ ꝓp mala illata xp̄o(⁊ in ſcādalum)ruendo de malo in malū: naz fame ⁊ peſte ⁊ gladio ꝑcuſſi ſūt in illa obſidiōe. ¶ Predicit pena cecitatis iudeoruz. Obſcurent oculi eoꝝ ne videant)veꝝ ſolē iuſtitie nec legere ſacra itelligāt: nā q itelligere noluerūt dū poterāt ipſa illis optat

merito pena ne videāt(ꝛ dorſum eoꝝ ſemp icurua)nimio delictoꝝ pōdere ꝑgrauatū. Effūde)dn̄e (ſup eos)vindictā tuā in pn̄ti(ꝛ furoꝛ)idignatiōis(tue cōpꝛehen-dat eos)in futuro iudicio. Fiat habitatio eoꝝ deſerta)qḋ ipletū eſt in euerſiōe hieroſolyme ciuitatis p romāos(ꝛ in tabernaculis eoꝝ nō ſit)ex nūero illoꝝ(q ihabitet) i tēplo ꝛ i palacio regio. ¶ Propheta aſſignās cāꝫ oīuꝫ illoꝝ maloꝝ dicit. Quoniā)xp̄m filiuꝫ tuum (quē tu)nō p culpa ſua(pcuſſiſti) paſſibilitate ꝛ moꝛtalitate q̄ pena eſt hūani gn̄is p redēptiōe ꝛ ſalute oīum pploꝝ pcuſſiſti: iudei ex malitia(pſecuti ſūt)ꝛ ſup dolorem vulnerū meoꝝ q erat de eoꝝ pctis ꝛ pditiōe(addiderūt) mihi moꝛtē q venerā p ſalute multoꝝ Permitte)eos addere(iniqtatē) iniqtati ruere de vitio in vitiuꝫ(ꝛ non itrēt)in viā ꝟitatis q̄ ducit ad vitā eternā. Deleant de libro viuētiū)p finalē repꝛobationē ꝛ dānationē eternā: nō aūt dicunt delēdi q2 ibi ſcripti fuerint: q2 q abſolute ibi ſcripti ſūt nunq̄ delent eterna pdeſtinatiōe ſolidati: ſꝫ q2 ibi ſcriptos ſeipſos iudicabāt: ſequit ꝛ iuſtoꝝ ordini nō iterponantur. Illi ſūt tales. Ego ſum pauper)q cū diues eēt p oīb' pauper fact' eſt vt diuitiaꝝ ei' pticipes efficeremur: ꝛ ēt ſum(dolēs)p oībus: ipſe.n.doloꝛes nr̄os in ſe tulit(ꝛ ſalus tua).i.diuinitas tua p quā fidelibus medicina ꝯfert (me ſuſcepit)reſuſcitādo a moꝛte. Et quia ſalus tua me ſuſcepit. Laudabo) in me ꝛ in membꝛis meis(nomē)tuū cū exultatiōe: ꝛ magnificuꝫ pdicabo eū p mēbꝛa mea ꝛ laudabo eū. Et)laus illa mea(placebit deo)ſup oīb' ſacrificijs legis in q̄ mos erat vt p peccatis(vitulus)vni' ānj offerret: q iā(coꝛnua)pducebat (ꝛ vngulas) Placebit laus mea ſup vitulū ꝛ cetera: io Videāt paupes)ꝛ intelligāt ꝙ oblatio deo accepta in mēte eſt: in q̄ paup equat diuiti nō exterioꝛib' reb' ꝛ ide letent. ¶ Et ad pauperes ꝯuerſus ait: o paupes hoc itelligētes(q̄rite dominū)p deſiderium pedib' fidei ſpei ꝛ caritatis(ꝛ viuet aīa vr̄a)vita grē hic ꝛ vita glīe in futura vita(Querite) dn̄m Quoniā exaudiuit dn̄s)oīb' tpib'(paupes)q q̄rūt eū(ꝛ victos ſuos) q.i.legib' viciant fiue alligat(nō deſpexit) ipſos.n.liberat a laqueis carnalib' q̄s ſuis regulis ꝯnexos agnouerit. Mꝛ ergo ita eſt. Laudēt il lū)celeſtia terreſtria: ꝛ oīa in mari natātia ꝛ oīa q̄ in eis ſūt hec laudāt deū dū ex eis laudat creatoꝛ eoꝝ Hinc ēt laudandus eſt deus Quoniā de' ſaluā faciet)eccleſiā q̄ illā mēte ſpeculat in eternuꝫ q̄ hic mūdis pſecutiōib' multis fatigat anguſtijs(ꝛ edificabūt ciuitates) .i.eccl̄ie pticulares(iude).i.xp̄i q ex oꝛigie iude cārnis ppagatiōe deſcēdit. Et ihabitabūt ibi)i ſyō fideles(ꝛ hēditate acqrent eā)vt poſſideāt eā in eternū qn̄ ad hieruſalē eternā dn̄i miſeratione puenerit.

uerit. Et non vna gñatio ſola iu-
ſtoꝝ hitabit in ea: ſ; ſucceſſores:
ſō ſeqtur (Et ſemē).i.imitatores
(ſeruoꝝ).i.aploꝝ ⁊ diſcipulorū
xpi poſſidebit ea; eternalr: ⁊ vlr
omnes (q diligūt nomen eius ha
bitabunt in ea).ſ. ciuitate celeſti
eterna felicitate gaudentes.

¶ Argumentum.

¶ Pſalꝰ.lxix.i q̄ monet vt i ſo-
lo deo confidamus ⁊ gl̃iemur.

¶ Introductio.

¶ Uox ꝓphe i pſona gnālis to-
tiꝰ eccl̃ie q̄ in pñti pacē pfectā hr̄e
nequaq̄.vз. ideoq; i anguſtijs ⁊
calamitatibus huius vite poſita
diuinum implorat auxiliū dicēs.

D Eus) q ſoles iu-
uare (in adiutoriū meum
